


1118.

1. Arminius, Franciscus : De civitate sua.
2. Arminius, Franciscus : Conclusiones sequentes.
3. Cappuccinus, Franciscus : Summa juris - politica.
4. Franciscus, Philippus : De constitutionibus.
5. Hippocritus, Franciscus : De moralibus.
6. Hilligerus, Franciscus : De consuetudinibus.
7. Hilligerus, Franciscus : Disputatio politica in
 forma scholastica, ab eodem de tractatu
 politico.
8. Hilligerus, Franciscus : De constitutionibus.
9. Hilligerus, Philippus : De politica juris in
 genere et in specie de constitutionibus et
 legibus.
10. Lockmannus, Philippus : De pactis et transactio-
 nibus in causis criminibus.
11. Melchior, Philippus : Nobilitas et libertas conditionis
 sine et contra privilegia Imperatorum.





Handwritten numbers in a cursive script, visible on the right edge of the page, including the digits 2, 3, 4, 5, 6, 7, and 8.



1618.

1. Armannus, Dominicus: De civitatebus.
2. Armannus, Dominicus: Conclusiones sequentes.
3. Carpzovius, Pincerus: Quaestiones juridico-politicae.
4. ¹⁷²⁷ Formanus, Ursiphanus: De aestimationibus.
5. Gryphander, Johannes: De donationibus.
6. Hilligerus, Osvaldus: De consuetudine
7. Hilligerus, Osvaldus: Disputatio exhibitio ma-
teriam fidejussionis, ubi et de Senatus Consulto
Vellejano.
8. Hilligerus, Osvaldus: De conditionibus
9. ¹⁷²⁷ Lochmannus, Philippus: De fictione juris in
genere et in specie de retractationibus 25 sept
10. Lochmannus, Philippus: De pactis et transactio-
nibus in causis criminalibus.
11. Melajus, Valentinus: Nobiles et illustres controversae
sive ad IV libros Institutionum Imperatorum.

12. Melarius, Valentinus: Disputatio juridica. . .
 in l. 5 §§ 2, 3, 4, 5 de praescript. verb. et fact.
 actionibus
13. Melarius, Valentinus: Disputatio juridica
 ad l. 50 d. familiae heriscundae, succincta
 resolutione conformata.
14. Melarius, Valentinus: De legitime testamento
 non factioe factorum. infirmitate.
15. Pfefferkorn, Immericus: De Tutelis.
16. Pfefferkorn, Immericus: De servitutibus realibus
17. Pfefferkorn, Immericus: De emptioe. venditione
18. Pfefferkorn, Immericus: De successione ab intestato.
19. Pfefferkorn, Immericus: De nuptiis.
20. Riemer, Valentinus: De mutuo.
21. Riemer, Valentinus: De iudiciis in genere.
22. Theronius, Petrus: De legitima liberorum.

parentum et fratrum vel sororum.

L. 23. Theodorius, Petrus. De rebus

24. Wassmann, Nicolaus. De publicis judiciis



1631.

1618, 3

~~1618, 3~~

QVÆSTIONES
JURIDICO-PO-
LITICÆ

QVAS

Divinâ adspirante gratiâ

Magnifici & Amplissimi in illustri hac Salanâ
Collegii juridici consensu & au-
toritate

SUB PRÆSIDIO

CONRADI CARPZOVII
Witebergensis

Ventilandas exhibet

SIGFRIDUS à Schlichtig /
Equ. Siles.

Mense Februario, horis
consuetis



7 E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
Anno M. DC. XVIII.

~~1618, 3~~

39.





VIRIS

*Magnificis, vetustâ ac Strenuâ virtute singulari,
authoritate eminentissimis*

Dn. SIGFRIDO à THADER,

*in Gubren / Klische / Altrunden vnd
Langenheinersdorff / rc.*

Dn. ALEXANDRO à PORTUGAL,

in Sandeborske vnd Merschwis / rc.

Dn. JOHANNI à DYHREN,

in Gleyinig vnd Bancken / rc.

Dn. FRANCISCO-ANSHELMO


*à SCHLICTIG, in Râhlen vnd
GroßObisch.*

*Dn. Patruo, Mecanatus, Promo-
toribus ac Patri suo*

*Has Juridico - Politicas quæstiones in
signum suorum studiorum, Reve-
rentiam, Observantiam & Amo-
rem.*

O. & D.

SIGFRIDUS à SCHLICTIG.



IN NOMINE DOMINI
NOSTRI JESU CHRISTI.

QVÆSTIO I.

Num in legitimatis per subsequens matrimonium locum habeat jus primogenituræ? *Neg.*



Tuta & longa in Regno sit societas, omnes filii in eo succedere non possunt, cum unus duntaxat debeat esse gubernator, Petr. Gregor. Tholoz. *de Repub. lib. 7. c. 5. n. 1.* quare constitutum & usu receptum fuit, ut gubernatio regni primogenito deferatur, Jacob. à Saa *in tract. de primog. n. 36.* Hinc jus primogenituræ descendit, quod ab omnibus ferè gentibus fuit approbatum, Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 5.* Tiraq. *in pref. de jur. primog. n. 22. & multis seqq.* Illud jus in legitimatis per subsequens matrimonium locum non habere, communem esse opinionem, testatur Gail. *lib. 2. observ. 141. n. 3.* quam tuetur ratio; Quod jus alteri semel quæsitum, non auferatur per legitimationem, hæc enim in alterius præjudicium fieri non potest, *N. 74. c. 1. vers. liceat igitur & c.* jus autem primogenituræ filio legitimè nato semel quæsitum fuit, cum eo momento, quo nascitur, ipsi acquiratur, Jacob à Saa *in d. tract. num. 60.* quare per legitimationem filii naturalis ei non aufertur. Accedit, quod fictione nativitatis veritas naturæ non perimatur, nec imagine adumbretur? *l. filio quem pater 32. ff. de lib. & posth. l. adsumptio 6. ff. ad municip.* Legitimatio autem quæ non facere potest, quod non
A 2 est, le-

est, legitima filiatio haud existimatur, hinc asserti non legitimi sed legitimi dicuntur, Petr. Gregor. *de Repub. lib. 7. c. 3. num. 12.* & legitimatum à legitimo, veluti imaginem, ab eo cuius figuram repræsentat, differre, ex Baldo notat Molin. *de prim. lib. 3. c. 3. num. 7.* Veritas igitur primogenituræ, quæ est in verè legitimis primò natis legitimatione perimi non debet nec spendor ejusdem tali imagine adumbrari. Forst. *de Success. lib. 6. cap. 24.* Tiraq. *de primog. q. 34.* Covarr. *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 8. §. 2. num. 35.* Porro hîc notandum, legitimationem fieri citra fictionem retrotractionis, legis sola potestate, & quidem fictionem istam, non perfectè & absolutè operari probatur, tum quod ante Justin : legitimationis jure jam recepto, non legitimabantur liberi, si nulli alii ex matrimonio nati fuissent, *l. 11. C. de natur. lib. tum*, quia hodieque non nisi consentientes liberi legitimantur *N. 89. c. 11.* Reinh. Bachov. *ad Treut. Diss. 2. th. 7. lit. b.* Exinde legitimi per subsequens matrimonium in feudis non succedunt, quod & textus generalitas in *c. naturales tit. 26. lib. 2. feud.* satis probat. Cont. *de feud. pag. 40.* Sonsbec. *de feud. p. 9. num. 72.* veritate tamen practica inspecta, contrariam sententiam veriore esse testatur *Vulpei. lib. 1. de feud. c. 9. num. 994.* eamque communiter receptam, notat Covarr. *tom. 1. p. 2. c. 8. §. 2.* ac quotidie sententiis confirmari refert Schurff. *cent. 1. conf. 1. num. 16.* & aliquot Camere Imperialis præjudiciis confirmatam esse meminit Mynsin. *5. observ. 42. num. 2.* denique secundum hanc in judicio Ducum Saxonie pronunciari ait Schneidvv. *de feud. p. 6. de success. feud. ab intest. c. 2. num. 13.*

QVÆSTIO II.

An pactio de futura successione regulariter à jure improbetur? *Aff.*

Demades Athenis eum, qui necessaria funeribus venditabat, damnavit, cum probasset magnum lucrum optasse: quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Seneca *lib. 6. de*

6 de benefic. c. 38. Eadem ratione jus civile pactum de futura
successione damnat, l. pactum quod. 15. C. de pact. l. fin. C. eod. l.
hereditas 5. C. de pact. convent. l. stipulatio hoc modo 61. ff. de V.
O. l. ex co. 4. C. de inut. stipulat. inducit enim votum captandæ
mortis alterius, quo nihil à boni viri officio alienius esse dicit
Duarenus lib. 6. de sac. Eccles. minist. cap. 1. Et tale pactum non
solum legibus contrarium est, sed etiam auctoritatem legum,
sibi adrogat ad deferendam successionem, quæ ex legibus solis
deferri potest, l. obvenire 130. ff. de V. S. Anton. Fab. error.
pragm. p. 2. Decad. 41. Error. 5. num. 3. Hinc Julius Clarus mo-
rem illum infeudandi de feudo nondum aperto graviter re-
prehendit, & debere Imperatores & Principes abstinere ab ejus-
modi investituris monet lib. 4. sent. §. feudum. q. 14. ne indu-
cant votum captandæ mortis, Gail. lib. 2. observ. 155. num. 4.
Exinde etiam de jure Canonico, ei, qui administrationem Ec-
clesiasticam habet, non aliter successorem mittere licet, quam
si mortem obierit, aut alias vacaverit Ecclesia, quam admini-
strat, tot. tit. de concess. præb. c. non furem, 7. q. 1. cum nimirum
turpe sit, & divini plenum animadversione iudicii, si locum in
Ecclesia futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam
gentiles condemnare curarunt, c. nulla, de concess. præb. Quod
ita in Lateranensi Concilio, propter importunam instantium
frequentiam constitutum fuit, Zach. de feud. p. 6. num. 20. Pa-
ctum tamen ejusmodi valebit, si initum fuerit de hereditate ho-
minis incerti, aut non viventis, aut quæ est ejusmodi, ut certo
jure ad nos redire debeat, aut ejus consensus, de cujus bonis a-
gitur, fuerit adhibitus. videatur Donell. ad l. fin. C. de pact.

QVÆSTIO III.

An bannitus in civitate à qua bannitus est,
sepeliri possit? Neg.

Christianæ charitati contrarium videtur, alicui sepultu-
ram denegare, cum & pro carne proximi cura sit quodamma-
do fidei resurrectionis testimonium, c. non estimamus §. corpori,

A 3

13. quest.

13. *quest. 2.* Hinc tam multa providè & religiosè de sepulchris & monumentis in jure nostro prodita sunt, *tot. tit. ff. & C. de relig. & sumpt. fin. de mort. infer. & de sepulch. violat.* quod Religionis interfit, monumenta construi & exornari *l. 1. §. hoc interdictum ff. de mort. infer.* & sepultura memoria sit humanæ conditionis *l. quidam in suo 27. ff. de condit. instit.* Non facillè itaque defuncti sepultura debet impediri; unde creditores propter debitum defuncti, sepulturam ejus prohibentes puniuntur, *A. item qui domum C. de sep. viol. N. 60.* Et jure Canonico ratione funeris aliquid exigere non licet, *c. abolende 13. ext. de sepult. c. non satis 8. juncto c. seq. ext. de simonia;* qua de re extat elegans historia Regis Alphonfi, qui Pastorem pagi biduum in fovea ad lumbos usque terra circumfusum detinuit, quod viduæ cujusdam maritum noluit sepelire sine pretii numeratione facta, *Schneidvv. ad §. religiosum Inst. de R. D. nu. 10.* Quorum causa dubitari potest; An bannitus in civitate, à qua bannitus est, sepeliri possit? quod negandum videtur: pœna enim banniti post mortem etiam manet *l. si quis 2. ff. de cadav. punit.* quare si vivus in civitate commorari non potuit, neque cadaveri ejus locus ibidem concedendus erit. Idemque de bannito dicendum videtur, quod de Monacho aliquid proprii habente; hic de monasterio expellitur, nec potest ibidem sepeliri, *c. cum ad monasterium 6. ext. de stat. monach.* Sanè in Bannum Imperii incidentes ab omnibus impunè possunt offendi, teste *Gail. lib. 1. de. pac. publ. c. 2. num. 20.* igitur tanquam hostes habentur, quorum sepulchra religiosa nobis non sunt, & possunt violari, *l. sepulchra 4. ff. de sepulch. violat. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 44. num. 16.* *Decius ad l. Neratius 191. ff. de R. J. & refert Cagnol. ad d. l. 191. num. 4.* in Nobili quodam bannito, in civitate à qua bannitus erat, occiso, hoc observatum fuisse.

QVÆSTIO IV.

An regulariter ac in dubio, jurisdictio, quo
ad con-

ad concedentem cumulativè translata
præsumatur? *Affirm.*

Jurisdictionis concurrentis est & dicitur, quæ competit cumulativè pluribus, cum eadem causæ plurium magistratuum, notioni subjectæ sunt: ita tamen, ut unus quisque per se in solidum cognoscere & definire possit causam, solusque ipse de causa cognoscit & judicat, quin primus aditus fuit à partibus; adeoque ratum est, & valet quicquid ab eo factum fuerit, cum occupationi & præventioni hic sit locus. Matthias Stephan. *de jurisd. lib. 1. c. 26. num. 3.* cujus jurisdictionis concurrentis exempla vide apud eundem, *de c. 26. num. 7. & seqq.* De eo etiam quæritur, qui jurisdictionem habet concessam, an cum concedente concurrat? Affirmativa sententia probabilior videtur. Quia concessio jurisdictionis privativa, est quædam exemptio; illa siquidem eos, quos alteri soli distingendos committit, concedentis districtui eximit, talis autem in generali dispositione non præsumitur intercessisse, cum jure veniat extraordinario, quo in dubio Princeps uti non censetur, Heig. *p. 2. q. 40. num. 114.* Ad hæc, jurisdictionem omnem à Principe tanquam à fonte fluere, tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præf. 14. numer. 4.* quem ita fontes suos derivasse foras, ut nihil penes se remanserit non credendum, cum ille quoad jurisdictionalia velut mare neque augeatur neque minuat. Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. c. 4. num. 23.* Est & hæc ratio, quod in sermone generali, loquentis persona excepta intelligatur, *arg. l. inquisitio 18. C. de solut.* Pro hæc sententia in Camera conclusum fuisse refert Mynsing. *6. observ. 99. num. 1.* Hic notandum; Cameram cum Cæsare jurisdictionem concurrentem habere, adeoque ipsum Cæsarem quoad justitiæ administrationem, in causis civilibus repræsentare, vocarique judicium Cæsaris, *das Kaiserliche Cammergericht*; uti testatur Geil. *lib. 1. observ. 29. num. 3.*

QVÆSTIO V.

An in criminalibus appellatio permittatur? *Affirm. de jure communi.*

Tradit

Tradit Donell. *lib. 28. comm. cap. 5.* ad duas res appellationem proditam esse: ad delationem publici muneris aut honoris defugiendam: & ad rem iniquè judicatam retractandam; In criminalibus quoque appellationem permitti, jure civili expeditum est, *l. litigatoribus 14.* ibi: tam in civilibus quàm in criminalibus causis, *l. & in majoribus 20. l. addictos 29. C. de appellat. l. observet. 2. C. quorum appell. non recip.* Et hoc verum est, nisi damnatos statim puniri publicè interfit, *l. constitutiones 16. ff. de appellat.* cujusmodi sunt raptores, quibus nulla appellandi licentia datur, *l. unic. in fin. princ. C. de rapt. virgin.* in quibusdam tamen casibus ne his quidem appellatio deneganda, Decian. *in tract. crim. lib. 8. c. 9. num. 12. & seqq.* Et hæc de jure communi obtinent; Non solùm autem jure Saxonico, Zob. *in Differ. jur. civil. & Sax. p. 1. differ. 41. num. 8.* sed & moribus totius Germaniæ in criminalibus appellationem non permitti testatur Mynsing. *Cent. 12. observ. 98. num. 4.* Gail. *lib. 1. observ. 1. num. 28.*

QVÆSTIO VI.

An Repressaliæ jure defendi possint?

Neg.

De Repressaliarum origine, inter Jctos & Politicos non convenit; alii à Græcorum institutis, alii à moribus antiquorum Romanorum eam deducunt, ut fermè nihil certi hac de re possit haberi; de iis quæstio est, an possint jure defendi; vera sententia, videtur, Repressalias omni jure prohibitas, illicitas & improbatas esse; *l. un. C. ut null. ex vican. l. nullum 4. C. de exec. & exact. N. 52.* Et tradunt interpretes, ante Repressaliarum impetrationem, oportere justitiam esse denegatam Wesenb. *conf. 46. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. num. 271.* At jus Civile jubet, ut judice inferiori justitiam denegante, adeatur superior & Principi supplicetur, *l. & in majoribus 20. C. de appellat. A. quis supplicat. C. de prec. Imp. offer.* Deinde Repressaliæ ratione non nituntur, imò rationi naturali potius adversantur,
cum

cum iniuriosum sit, alium pro alio teneri *l. 11. C. de O. S. A. &*
naturâ iniquum alterum cum alterius damno & injuriâ locu-
pletari, *l. nam hoc naturâ ff. de condict. indeb. c. locupletari, de R.*
J. in 6. Sic Imperatores Romanos non consuevisse Repressalias
concedere, sed adversus eas privilegia potius conferre meminit
Gail. *de pignor. observ. 2. num. 3.* Et inter subditos Regni Gallia
Repressalias esse abrogatas tradit Cujac. *ad l. un. C. ut null. ex Vi-*
car. Deniq; inter illicita litium abbreviandarum remedia refert
Repræssalias. Vent. de Valent. *Partb. litig. lib. 2. c. 2. num. 30.*
Vid. Heig. p. 1. q. 12. Negari tamen non potest, perversam
hanc consuetudinem, ut ob delictum ab alio commissum, vel
debitum non solutum, alterius ejusdem provinciae bona à cre-
ditore pignorentur vel detineantur, malitiâ hominum pau-
latim revocatam adeo vigere rursus cœpisse, ut propè juris-
gentium esset. Clariss. D. Hunn. *in Disp. præmiss. tract. de pri-*
vileg. Studios. th. 21.

QVÆSTIO VII.

An Imperator de bonis Imperii ante co-
ronationem feudum alicui concedere
possit? *Affirm.*

Imperatorem Romanum de bonis Imperii, feudum et-
jam de novo constituere posse, *arg est princ. tit. 1. lib. 1. feud.*
t. t. 26. lib. 2. feud. l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. l. 3. C. de quadr. præ-
script. Vulte. de feud. lib. 1. c. 5. num. 15. idem ante coronatio-
nem facere poterit; ipso enim jure electionis, potestatem ad-
ministrationis Imperatorem acquirere, constat ex Aurea Bul-
la, ut sic coronati non sit de substantia Imperiali, quod exem-
plis probat Paurmeist. *de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. c. 4. num. 5.* &
quod statim ex sola electione verus Imperator sit nominan-
dus & censendus, est in constitutione Ludovici Bavari relata ex
aliis à Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. num. 124.*

B

Cor-



Corollaria.

I.

Num vivo & volente Imperatore, Rex Romanorum eligi possit? *Affirm.*

II.

An contra Electores committatur crimen læsæ majestatis? *Affirm.*

III.

An leges civiles obligent in conscientia? *Affirm.*

IV.

An Doctores creati à Comitibus Palatinis gaudeant iisdem privilegiis, quibus creati in Academiis? *Affirm.*

V.

An sententia contra communem opinionem lata, ipso jure sit nulla? *Neg.*

Laus sit æterna piæ Trinitati.

FINIS.



Rex

cri

en

ati
cati

pi

lib
ils



Corollaria

Corollaria

I. Nam vobis & vobis Imperatoribus, Romanorum Imperatoribus, etc.

II. An Doctoribus, etc.

III. An Doctoribus, etc.

IV. An Doctoribus, etc.

V. An Doctoribus, etc.

VI. An Doctoribus, etc.

VII. An Doctoribus, etc.

VIII. An Doctoribus, etc.



ULB Halle
005 132 614


3



W 17







B.I.G.

Farbkarte #13



ONES

1618, 3

~~AS~~

CO-PO-

Æ

ntegratiâ

n illustri hac Salanâ
nsensu & au-

DIO

ARPZOVII

nsis

hibet

Schlichtig /

o, horis

Æ

EINMANNI.
XVIII.

~~AS~~

39.

